

Jus Canonicum Practice Explicatum, Seu Decisiones Casuum

Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos, & ad consuetum
Referendi modum accommodatæ. Opus Novum

Complectens alteram Decretalium medietatem, videlicet nonaginta duos
Titulos, à Titulo XX. libri III. de Feudis usque ad finem

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1734

Elenchus Decisionum, & Quæstionum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62204](#)



ELENCHUS

Decisionum, & Quæstionum.

DECISIO XCIII.

De Dotalijs in bonis Feudalibus constituto, & de Successione in iisdem.
Questio I. An subsistat, & firmum sit dotalitium in Bonis Feudalibus constitutum sine consensu filii in feuda successuri, & irrequsito Dominò directo?

Questio II. An casu, quo filius moreretur sine legitima prole, ad successorem in feudo admitti deberet filia primi acquirentis, vel an feudum aperiretur Domino directo?

DECISIO XCIV.

De Hypotheca, quam uxor habet in bonis Mariti, ejusque privilegio.
Questio I. An filia ratione Dotalium & Paraphernalium, pro legitima sibi assignatorum, ob hypothecam tacitam, quam mater habuit in bonis Francicis, præferenda sit duobus aliis Creditoribus hypothecariis?

Questio II. An illatio doris per confessionem mariti in Testamento expressam sufficenter probetur?

DECISIO XCV.

De Muliere pro aliis intercedente, vel cum aliis alium contractum celebrante.

Questio I. An intercessio seu fideiussio Therèsiæ pro Marito facta subsistat?

Questio II. An Therèsiæ pro Antonio, fratre Mariti sui, valide fideiusserit?

Questio III. An mutuum à dicta Therèsiæ datum, & donatio ad causam piam, facta sine consensu Mariti, fuerint actus validi?

DECISIO XCVI.

De debito multis annis non exacto; & de solutione uni ex Creditoribus facta præ aliis fortius ius habentibus.

Questio I. An Actio Ecclesiæ B. lapsu 34. annorum sit extincta?

Quæstio II. An Creditores privilegiati in Processu Edictali possint repetere, quod Chirographario Achilli, & minus privilegiato Basilio, solutum est, se constat?

DECISIO XCVII.

De Donatione bonorum immobilium reali, quam donans revocare intendit.

Quæst. I. An Dispositio, quam in favorem fratri Materni ejusq; descendentium fecit Eleonora, adhuc revocari & immutari valeat?

Quæstio II. An exceptio Actionis nondum natae habeat locum?

DECISIO XCVIII.

De Testamento Parochi super bonis beneficialibus superfluis coram duabus testibus condito ad causam profanam, cuius aperitione & executione prætendit interesse Officialis

Laicus.

Quæstio I. An Consuetudine introduci possit, ut Clerici Beneficiati Testamentum faciant validè ac lícite de bonis beneficialibus superfluis ad causas profanas?

Quæstio II. An Testamentum Philippi, exhibitis duobus tantum testibus conditum, subsistat?

Quæstio III. An Officialis Sæcularis potuerit vel debuerit admitti ad conobligationem, aperitionem, & executionem Testamenti Philippi?

DECISIO XCIX.

De Testamento Patris liberos ita instituentis, ut, si unus ex iis sine prole mortem obiret, ejus portio hæreditaria recideret ad superstites, ita tamen, ut filius natu major tanquam Prælegatum consequatur dynastiam 100. millibus estimatam, & indè natu minori fratri pro augmentatione portionis hæreditariæ 10000. solveret, is autem post obitum fratri natu majoris in dynastia succederet. Item de Legato pio post conditum Testamentum in Codicillis relictio.

Quæstio I. An hæc testamentaria dispositio, dum voluit demortuae prolis portionem hæreditariam, tempore mortis extantem, reverti ad superstites, habeat rationem Fideicomissi?

Quæstio II. Utrum liberi hæredes suam portionem hæreditariam, restitutione vel residentiæ, dem Ruckfall, post obitum obnoxiam, vel ejus patrem, possint in vivis alienare per pacta dotalia, donationem &c.

Quæstio III. An Romualdus, casu quo frater Alexander moreretur sine filio, reliet tamen filia, & sic in ipsum devolveretur dynastia, teneretur huic filie Alexandri reddere illa 10. millia florenorum, quæ à fratre Alexander velut auctarium suæ portionis hæreditatiæ accepit?

Quæstio IV. An illud Legatum, consanguineis pauperibus relatum, pro Legato Pio habendum sit?

Quæstio V. An sufficienter probetur voluntas defuncti Ascanii, Legatum hoc facientis?

DECISIO C.

De Monasterio Hæreditatem, vel Legitimam, loco filii ante patrem defuncti petente. Et de filia prætendente successionem in Legitima fratris, in qua Pater voluit succedere fratrem natu majorem.

Quæstio I. An Prælatus justè exigat Hæreditatem vel Legitimam pro filio ante patrem demortuo, & suam Religionem professo?

Quæstio II. An filiae, Cordula & Engelburga, justè prætendant successionem in bonis Christophori fratris cum Gabino in partibus æqualibus?

DECISIO CI.

De Sepultura Infantum sine Baptismo extinctorum, uti & Hæreticorum in Cœmterio Catholico.

Quæstio I. An totum Cœmterium per sepulturam infantum non baptizatorum fuerit pollutum, ut reconciliatione indigeat? item an deinceps eosdem in eodem sepeliri licet?

Quæstio II. An Cœmterium fuerit pollutum per sepulturam Hæretici: an Hæreticus in illo pro illis circumstantiis licet sepeliri potuerit; & an rursus exhumati debeat mutatis circumstantiis?

DECISIO CII.

De Parochorum obligatione sacrificandi pro Parochianis suis.

Quæstio. An Parochi pinquem parochiam nocti singulis diebus, tenuem verò fortiti saltē Dominicis & Festis diebus teneantur frustum Sacrificii applicare Parochianis, & ab aliis acceptare stipendum pro Missa nequeant?

DECISIO CIII.

De Colonis Decimas ex feno, & decimum manipulum frumenti recusantibus ex agris.

Quæstio I. An ista Communitas Ecclesiastica habeat jus exigendi Decimas ex feno?

Quæstio II. An Coloni, undecimum manipulum per centum & amplius annos pro Decimis solventes, adigi justè valeant ad solvendum deinceps manipulum decimum?



DECISIO CIV.

De Professione Religiosa dubia, & perperam declarata pro nulla,
Quæstio. An in hoc casu potuerit Cypriano deferrri juramentum suppletorium,
eoque præstito declarari. Professio nulla?

DECISIO CV.

De Uxore Religionem ingressa sine consensu Mariti, quocum prius
emiserat votum Castitatis.

Quæstio. An Eugenius jure revocaverit Munditiam ad sibi cohabitandum, &
Munditia ad redeundum fuerit obligata?

DECISIO CVI.

De Judæo uxorato, ad fidem Catholicam converso, & Catholicam
in uxorem ducente, postea fugitivo.

Quæstio. An Ottilia in his circumstantiis licet ac validè novum inire Matri-
monium possit?

DECISIO CVII.

De Puella Virginitatem, & postea Religionem voente, &
nihilominus nubente.

Quæstio I. An Dorothea post editum Virginitatis votum in scelus prolapsa li-
te nubat?

Quæstio II. An Dorotheæ Matrimonio, obstat in his circumstantiis votum in-
grediendæ Religionis, quod alias est reservatum Sedi Apostolice?

DECISIO CVIII.

De Peculio Religiosorum,

Quæstio. An Religiosis habere hujusmodi peculia, & Superioribus ea conce-
dere liceat?

DECISIO CIX.

De Templo, & Clericis Capellanis, cuiusdam Parthenonis à Visita-
tione Episcopi exempti.

Quæstio. An hujus Parthenonis Ecclesia, & ei servientes in Sacris Capellani,
quæ tales, jurisdictioni & visitationi Episcopi sint subjecti?

DECISIO CX.

De Parochia Monasterio Monialium pleno jure incorporata cum potestate con-
stituendi Vicarium pro libitu amovibilem, postmodum translato
ad Collegium virorum Regularium, cuius Rector voluit
amovere Vicarium dysculum.

Quæstio I. An beneficium Curatum possit uniri Monasterio Monialium pleno
jure, seu tam in Spiritualibus quam in Temporalibus, ita ut Abbatis &
Moniales possint curam exercere per Vicarium ad nurum amovibilem?

Qut

Quæsto II. An Præpositus Collegii Clericorum, cui pariter pleno jure fuit incorporatum hoc Beneficium Curatum & Parochiale, utpote in omnia jura Monasterii Monialium succedens, impediri possit à constitutis Vicariis ad nutum amovilibus?

DECISIO CXI.

De Patrono Laico Primariis Preces non admittente ad Canonicatus Collegia Ecclesiæ suo Patronatui subjectos; item recusante Vicarium temporalem ab Episcopo sine ipsius consensu constitutum pro Parocho absente, quem ipse præsentaverat ad Parochiam.

Quæsto I. An Primariis Precibus Imperatoriis subjaceant Beneficia & Canonicius Juris Patronatus Laici?

Quæsto II. An Primæ Preces Imperatoriae vel Consuetudine vel Præscriptione in particularibus Ecclesiis ita extingui valeant, ut porro cum effectu ad eas dirigi nequeant?

Quæsto III. An in potestate Episcopi sit pro absente Parocho constituere Vicarium, quem ipse voluerit, contradicente Patrono?

DECISIO CXII.

De Magistratu Subditos suos frequentibus Collectis & Gabellis onerante.

Quæsto I. An illi duo, Civis & Rusticus, saepe non solvendo Collectas, Gabellas, Vestigalia peccaverint graviter, & teneantur ad Restitutionem?

Quæsto II. An Magistratus Civicus exigere aliquid possit ex Legitimis, Hereditatibus &c. eorum, qui Monasteria ingrediuntur, titulo detractionis, Nachsteuer.

DECISIO CXIII.

De Ecclesia successivè diruta, & de motione Altaris.

Quæsto. An hac Ecclesia, uti & Altare, fuerint exsecrata, & de novo consecrari debeant?

DECISIO CXIV.

De Marito executori Testamenti minus stipendium dante pro Missis, & has Sacerdotibus dante, qui jam alias erant onerati Missis.

Quæsto I. An Maritus executor, procuratō Missarum numerō à defuncta coniuge designatō, residuum pecunia sibi jure applicaverit?

Quæsto II. An illi duo Parochi, alias onerati Missis, potuerint licetē has novas recipere.

DECISIO CXV.

De Puella Turcica, à Calvinistis baptizata, & à Catholicis rebaptizata.

Quæsto. An hac puella recte fuerit denovo baptizata sub conditione & postmodum ad Sacramentum Pœnitentiae admissa?

DECISIO CXVI.

De Parocho ratione dubii sub conditione rebaptizato.
Quæstio. An hic Parochus debuerit reordinari sub conditione ; accepta pro Missis stipendia restituere : & monere à se absolutos à peccatis, ut ea rursum confiteantur?

DECISIO CXVII.

De Asservatione Sacramenti Eucharistiae à Sectario impugnata.
Quæstio. An Eucharistia rectè asservetur & adoretur ?

DECISIO CXVIII.

De Cultu, quem Catholici exhibent benedictæ Linguae S. Joannis Nepomuceni, & particulis S. Crucis, sarcasticè traducto à quodam Praecone.

Quæstio. An liceat venerari cultu Religioso sacras Reliquias ?

DECISIO CXIX.

De Abstinentia à carnibus certo tempore, exhibilata à Sectariis, & de abstinentia ab altera refectione à Catholicis dispensato in usu carnium observanda.

Quæstio I. An Ecclesia rectè prohibeat certis diebus esum carnium ?

Quæstio II. An dispensatus in Jejunio Quadragesimali quoad carnes comedendas teneatur abstinere à secunda refectione, supposito, quod carnes sponer non comedat ?

DECISIO CXX.

De Religiosis mulieres post partum ad Purificationem in sua Ecclesia admittentibus.

Quæstio. An Religiosi, jure Parochi, si non gaudentes, in suis Ecclesiis admittere valeant mulieres ad Purificationem post Partum ?

DECISIO CXXI.

De onere construendi & reparandi aedes Capellani.

Quæstio. An Abbatii, vel potius Monasterio B. imponi possit onus reparandi vel construendi, saltem ex parte, aedes Primissariorum.

DECISIO CXXII.

De Fure, qui in Ecclesia furatus est, postea deprehensio à Rusticis in cœmeterio, & lictoribus tradito, ac postea ad mortem damnato.

Quæstio. An Fur in Ecclesia, vel Cœmitorio, deprehensus gaudeat alylo ?

DECISIO CXXIII.

De Regularibus Pharmaceuticon habentibus, & aromataria ac pharmaca vendentibus.

Quæstio. An Regulares licet possint vendere Medicinas, quas ipsi in suis Pharmaceuticis arte ac industria sua conficiunt ?

L.



LIBER IV.

DECISIO CXXIV.

De Sponsalibus ab invita initis cum Ticio, & postmodum hoc consentiente contractis cum Cajo fratre Titii.

Quæstiō I. An Bertha accipiendo 6. aureos pro artha sepositos verè contraxerit Sponsalia?

Quæstiō II. An Sponsalia Berthæ fuerint valida non obstantibus minis paternis?

Quæstiō III. An hæc Sponsalia per consensum Titii, nova cum fratre Cajo Sponsalia permittentis &c. fuerint soluta?

Quæstiō IV. An Berthæ, postquam vidit Cajum alteri ligatum Matrimonio, reviviscat jus antiquum adversus Titium?

DECISIO CXXV.

De Puer & Puella à Parentibus in impubertate despontatis, à quatenus tamen desponsatione Puer intra annum post adeptam pubertatem se resilire declaravit.

Quæstiō I. An sola interna, exterius non manifestata, revocatio sponsalium in impubertate contractorum sufficiat ad ea dissolvenda?

Quæstiō II. An post anni dimidium ab adepta pubertate resiliri adhuc possit?

DECISIO CXXVI.

De Studio Matrimonium contrahente coram Parocho invito, & extra Parochiam suam existente.

Quæstiō I. An valeant Sponsalia clandestina?

Quæstiō II. An Matrimonium denuntiationibus malitiosè omissis initum valeat?

Quæstiō III. An Parochus hujus urbis respectu Paridis & Helenæ fuerit proprius, & sic habilis ad solemnizandum Matrimonium?

Quæstiō IV. An ex eo, quod Parochus sit invitatus & protestetur, se nolle esse testem, Matrimonium reddatur clandestinum?

Quæstiō V. An ex eo, quod Parochus fuerit extra parochiam suam, dum cum eo Paris & Helena contrahebant, Matrimonium reddatur clandestinum?

DECISIO CXXVII.

De Sponso duarum, neutrū tamen ducente in uxorem.

Quæstiō I. An Ludovicus vi secundorum Sponsalium, postquam prima fuerunt dissoluta, teneatur ducere Amaliam?

DE.

DECISIO CXXVIII.

De Legatis, sub condicione Religionis Catholicæ amplectendæ,
& ineundi Matrimonii, relictis.

Quæstio I. An condicione amplectendæ Religionis Catholicæ subsistat, ita ut legatum amittat Samuel Legatarius, si non fiat Catholicus?

Quæstio II. An Dorthea suum consequi possit Legatum, et si nunquam contrahat Matrimonium, vel ingrediatur Religionem?

DECISIO CXXIX.

De Juvene, carnis virtù nimium quantum dedito, vorum castitatis perpetuæ emittente, ac postea ad Matrimonium aspirante.

Quæstio I. An Vorum Castitatis ab Amando adeò fragili ac in Venerem propenso emissum valuerit?

Quæstio II. An hoc vorum Amandi sit reservatum Pontifici, ita ut ab inferiori dispensari vel commutari nequeat?

DECISIO CXXX.

De Impedimento Criminis per errorem vel ignorantiam evitabili in Conscientia.

Quæstio I. An Caja per errorem, quo circa promissionem simplicem Matrimonii laboravit, incurcionem impedimenti Criminis evitaverit?

Quæstio II. An Opinio, quæ ab incurcione impedimenti Criminis excusat ignorantem, suo delicto annexum esse à Jure impedimentum, sit practicè probabilis?

DECISIO CXXXI.

De ignoranter ducente fœminam luc Gallica infectam.

Quæstio. An Matrimonium nondum consummatum dissolvi, vel irritum declarari possit propter lucem Gallicam comparsis ignoratam?

DECISIO CXXXII.

De Matrimonio ignoranter à fœmina contracto cum Mancipio.

Quæstio. An Matrimonium Lucia & Wenceslai valeat?

DECISIO CXXXIII.

De filio, nato ex patre Christiano, at ex matre Turcissa captiva.

Quæstio. An Iismaël sit, ac sine injurya appellari potuerit Servus?

DECISIO CXXXIV.

De parvulo ad munus Patrini adhibito in collatione Baptismi.

Quæstio. An inter Albertum & Elisabetham detur vinculum cognationis spiritualis?

DECISIO CXXXV.

De Liberis, quorum parentes fecerunt Unionem prolium, Matrimonium contrahere volentibus.

Quæsto. An inter Alexandrum & Rebeccam intercedat impedimentum cognationis Legalis?

DECISIO CXXXVI.

De Matrimonio cum fratre prius defloratae ante adventum dispensationis contracto.

Quæsto I. An Vigilius, invincibiliter ignorans, à Jure statutum esse impedimentum Affinitatis in copulam illicitam, illud contraxerit?

Quæsto II. An Vigilius ante adventum dispensationis, probabilissimè jam obtentæ, Matrimonium validè & licite potuerit contrahere cum Amalia?

DECISIO CXXXVII.

De Dispensatione in impedimento Consanguinitatis in tertio gradu mixto ex secundo perita ab Episcopo.

Quæsto. An Episcopus vi hujus privilegii possit dispensare in gradu tertio mixto cum secundo?

DECISIO CXXXVIII.

De Spadone seu Evnacho, qui duxit uxorem, & diu ei convixit.

Quæsto I. An Matrimonium Leodegarii Spadonis invalidum sit?

Quæsto II. An dispensatione, vel alio modo juvari possit Leodegarius?

DECISIO CXXXIX.

De Parocho, qui adstiterit Matrimonio in Quadragesima contra expressam prohibitionem Episcopi.

Quæsto. An iste Parochus valde adstiterit Matrimonio Marialis & Ludovicæ?

DECISIO CXL.

De Prole ex Matrimonio, cuius valor reddebatur dubius, natâ.

Quæsto. An Eugenius iste fuerit filius legitimus?

DECISIO CXLI.

De Judice Laico super causa adulterii & saevitiae Mariti Judicialiter cognoscente, & Divortium permittente.

Quæsto. An hic Judex non excederit limites potestatis suæ?


DECISIO CXLII.

De Viro ex Hæresi Lutherana ad Catholican Eadem reverso, & Matrimonium ob spirituale & carnale adulterium dissolvere cupiente.

Quæsto. An hujus præcellencis Viri Matrimonium dissolvi quoad vinculum possit?

DECISIO CXLIII.

De Vida post mortem Mariti stuprum admittente, cui propterea hæredes Mariti renunti dorem restituere.



Quæstio. An Bertha Vidua ratione commissi stupri amiserit jus reperiendi Dotem?
DECISIO CXLIV.

De Vidua ad secunda vota aspirante cum Viro, cuius uxor an adhuc vivat vel
mortua sit, dubitabatur.

Quæstio. An sexennis absentia conjugis, & simul fama de morte & sepulcra il-
lius, sufficient ad secundas nuptias, ut ad novum Matrimonium permit-
tendum?

LIBER V.

DECISIO CXLV.

De Ancilla conservæ suæ flagitium Herae: & de Hera Maritum denuntiante
ratione adulterii.

Quæstio I. An Radegundis conservæ scelus licet denuntiaverit Hera, & quidem
sine prævia monitione?

Quæstio II. An Hera potuisse accusare Maritum de adulterio?

Quæstio III. An post denuntiationem Judicialem ab uxore factam potuerit vel
debuerit Magistratus instituere inquisitionem specialem super adulterio?

DECISIO CXLVI.

De accusante, & deficiente in probatione delicti, quem accusatus, ne progre-
endo in lite sibi graviter noceret, occidit.

Quæstio I. An Melander, si supervixisset, tanquam Calumniator fuisset pa-
niendus?

Quæstio II. An Chrysogonus licet occiderit Melandrum, qui contra se calum-
niari nitebatur?

DECISIO CXLVII.

De impetrante beneficium Parochiale per pensionem 500. florenorum Ordina-
rio Collatori solutam, postmodum valde anxiō, & sibi consulente
de remedio.

Quæstio I. An Henricus absolute opus habuerit absolucione à censuris, & ell-
igatione in irregularitate, atque ad retinendum beneficium primum?

Quæstio II. An Henricus primam conditionem sibi à S. Pœnitenziaria imponetam
ut liberè intra annum cum effectu dimittat Parochiam, satis impleverit?

Quæstio III. An Henricus alteram conditionem, vi cuius restituere fructus justus
est, satis impleverit?

Quæstio IV. An Henricus, si unam vel alteram conditionem non factis implevisset,
teneatur Parochiam, quam postea obtinuit, dimittere?

Quæstio V. An Henricus, si in nova supplica non debite exposuisset modum,
quo dimisit antiquum Beneficium, & novum obtinuit, licet recinet novum?



Quæstio VI. An casu, quo res fieret notoria, & ad forum externum deducere-
tur, pro hoc Foro pro sit Henrico absolutio prius pro foro interno obtenta?

DECISIO CXLVIII.

De Capitulo pensionem annuam exigente à suo Vicario titulō absenziæ.

Quæstio. An Capitulum, cui incorporata est Ecclesia Parochialis, à Vicario suo
licet exigit pensionem annuam, vel etiam augere possit?

DECISIO CXLIV.

De Professore SS. Canonum Doctores creante ex utroque Jure.

Quæstio. An Gradus Doctoralis validè conferatur à membro Facultatis talem
gradum nunquam adeptu?

DECISIO CL.

De Receptione Judæorum in Provinciam.

Quæstio. An Luitpoldo licitum sit Judæos in suam ditionem introducere?

DECISIO CLI.

De Catholico in terris Lutheranorum, & de Lutherano in terris Catholicorum
communione.

Quæstio I. An Thomas licet egerit ita occultandō suam Religionem Catholicam?

Quæstio II. An Elias persistendo in sua Secta, quam minus probabilem esse agno-
vit, de ejus tamen falsitare nondum convictus, peccaverit peccatō infi-
delitatis?

DECISIO CLII.

De Appellatione quorundam Episcoporum Galliae à Constitutione Unigenitus
Clementis XI. ad Concilium Generale.

Quæstio. An à Summo Pontifice detur Appellatio ad futurum Concilium Gene-
rale? seu, an Concilium Generale majoris sit auctoritatis, quam Papa?

DECISIO CL III.

De Religioso, diu extra Monasterium vagante, ac dein ad Hæreticos ab-
eunte, & demum deficiente à Fide.

Quæstio I. An Religiosus, ultra biennium sine licentia Superioris vagans extra
Monasterium retento habitu, sit verus Apostata à Religione, & à Su-
piori retrahendus?

Quæstio II. Quo modo mitiori post apostasiam à Fide juvari possit hic Religiosus?

DECISIO CL IV.

De Procurantibus abortum, & prolem natam periculo in loco exponentibus.

Quæstio. An Turpilius & Helena parricidii propriè dicti sint rei, & quibus pos-
nis subjaceant?

DECISIO CL V.

De Femina prolem exponente, quam peperit ex fornicatione, ad vitandam
infamiam.

)) (2

Quæstio.

Quæstio. An Fœmina honestæ vitæ ac famæ, in tantis angustiis constituta, licet possit in loco tuto exponere prolem ad declinandam infamiam?

DECISIO CLVI.

De Juvene Rustico in caupona alium vernam lethaliter percutiente.

Quæstio. An Georgius tanquam homicida puniri posse pœna ordinaria Legis Corneliae de Sicariis, nimurum hodie amputatione capit?

DECISIO CLVII.

De Juniorum Opificum hastuludis.

Quæstio. An occisus in hoc ludicro tornamento priuari possit sepultura Ecclesiastica?

DECISIO CLVIII.

De Colonello ob non acceptatum, vel oblatum duellum exauthorato.

Quæstio. An Ulticus in his circumstantiis non potuisset Duellum licite non modò acceptare, sed etiam offerre?

DECISIO CLIX.

De Principe Catholicº terras Infidelium invadente.

Quæstio. An Princeps Catholicus, præcise ex causa compellendi ad Fidem, barbaras Gentes Infidelium bellò aggredi licite possit?

DECISIO CLX.

De Proco nimis familiariter & turpiter agente cum puella, quæ prolem ex flagrante vel fornicatione conceperat peperit.

Quæstio. An Lambertus sibi ac honori suo consulat per hoc, quod Mägdenam deferat ad Judicem, ibique petat Magdalæ injungi silentium, vel palliodium?

DECISIO CLX I.

De Robbatore, qui unicam in via publica rapinam vel prædationem, nec magnam exercuit.

Quæstio. An Robboria seu Rapina in viis publicis semel tantum commissa gladio, vel alio mortis genere, sit punienda?

DECISIO CLXII.

De Officiali sure, propter furtum & alia delicta morte punito, contra cuius hæredes condictionem furtivam instituunt læsi.

Quæstio I. An Condictio furtiva detur contra hæredes furis &c. in solidum, vel solùm in quantum ad eos pervenit ex furto &c.?


Quæstio II. An Condictio furtiva locum habeat contra hæredes etiam in casu quo fur &c. ultimè supplicio fuit affectus?

DECISIO CLXIII.

De exigente Usuras pretii, ab emptore non statim soluti, à contrahentibus non conventas.

Quæstio. An Rudolphus teneatur ad Usuras non soluti precii in contractu non conventas?

DE-



DECISIO CLXIV.

De Instrumento Testamenti impugnato ut falso propter diem non rite positam,
& relationem ad non existens factam.

Quæstio. An hoc Testamentum propter dicta duo vitia instrumenti à Notario
confessi pro falso habendum?

DECISIO CLXV.

De Saga innocentem denunciante tanquam viatum in Conventu Sagarum
nocturno.

Quæstio. An possint ope dæmonis in Conventu Sagarum repræsentari personæ
innocentes, quæ revera præsentes non sunt?

DECISIO CLXVI.

De Marito Civiliter agente contra conjugem ut adulteram & complicem coram
Judice Ecclesiastico, à quo per Collusionem adulteri fuerunt
absoluti.

Quæstio I. An Lucas sit reus collusionis, & pœnarum in eam statutarum?

Quæstio II. An isti adulteri à Judice Ecclesiastico absoluti subjaceant novæ Inqui-
sitioni & Judicaturæ in Foro Civili?

DECISIO CLXVII.

De Minorenno, Magiæ criminis infecti, pœna.

Quæstio I. An Minor propter delictum capitale puniri possit pœnâ ordinariâ
mortis?

Quæstio I. An Minorenno ob crimen Magiæ & Maleficii pœnâ ordinariâ affici,
arque in specie noster Casparellus, possit?

DECISIO CLXVIII.

De Venationem exercentibus in Vicinorum Sylvis.

Quæstio. An Leodegario Abbatii vicissini competat jus venandi in Vicinorum
sylvis?

DECISIO CLXIX.

De Parocho, alios & seipsum percutiente.

Quæstio. An Leander se ipsum percutiens incurrit Excommunicationem Canonis?

DECISIO CLXX.

De Milite Acatolico B. Virginem Mariam maledictis proscindente.

Quæstio. Qua pœna sit afficiendus hic miles in Beatissimam Virginem blasphe-
mus?

DECISIO CLXXI.

De Sacerdote, qui post latam Romæ in se & Collegas suos Excommu-

nicationem publicè celebravit Missas.

Quæstio. An iste Sacerdos celebrando Missas incurrit irregularitatem & alias
penas?

DE-

DECISIO CLXXII.

De Eremicola sine ulla Ordinibus suscepis Primitias celebrante.
Quæstio. An iste Eremicola propter ministerium Ordinis Sacerdotalis, quem non habuit, potuerit à Sæculari Magistratu morte puniri?

DECISIO CLXXIII.

De Sacerdote scrupulis circa suam Ordinationem mirè agitato.
Quæstio. An huic Sacerdoti debeant vel possint Ordines denuo conferri sub conditione?

DECISIO CLXXIV.

De Studio, qui sine prævio examine Ordines Minores suscepit.
Quæstio. An iste vir, modò per celebris, non furtivè suscepit minores Ordines?

DECISIO CLXXV.

De Religiosis, privilegio suæ Exemptionis uti voluntibus independenter ab Episcopo in casu sepulturæ.

Quæstio I. An Jurisdictio Episcopi in Exemptos extensionem patiatur propter paritatem rationis &c. ad casus in Jure non expressos, v. g. ad caulam sepulturæ?

Quæstio II. An in causa Exemptionis à Jurisdictione Episcopi comperens Judgebit ipse Episcopus, speciatim in hac causa sepulturæ?

DECISIO CLXXVI.

De Probatione temporis immemorialis, quæ credebatur esse necessaria ad justè & efficaciter nutriendum novum opus?

Quæstio. An ad probandam temporis immemorialis Præscriptionem requiratur necessariò, ut testes inter alia etiam de positivo Majorum auditu deponant, seu quòd à Majoribus audiverint, sic semper fuisse observatum?

DECISIO CLXXVII.

De Seminario largis à Summo Pontifice privilegiis munito, & vi horum aliquem ex alumnis sepeliente in templo suo proprio.

Quæstio. An memorati Collegii seu Seminarii Alumnus in templo ejusdem proprio jure fuerit tumulo illatus?

DECISIO CLXXVIII.

De Parocho ad Purgationem Canonicam admitti postulante.

Quæstio. An Henricus ad Purgationem Canonicam sit admittendus?

DECISIO CLXXIX.

De Colone Rustico ad Divinum Tribunal provocante.

Quæstio. An Provocatio ad Divinum Tribunal sit licita?

DE-

••••• * * * •

DECISIO CLXXX.

De quodam fabro ferario damnum aliis dante per culpam levem & levissimam , quam tamen vi contractuum præstare non tenetatur.

Quæsio. An Lex Aquilia , damnum ex causa levi & levissima datum , resarciri jubens , procedat etiam , quando concurrit cum contractu , in quo secundum Leges major tantum præstatur culpa ?

DECISIO CLXXXI.

De Constitutione Pontificia Pœnali & Revocatoria , non promulgata in Provincijs .

Quæsio. An Constitutio Pœnalis & Revocatoria , speciatim Benedicti XIII. de Asylo , in Provinciis non promulgata , in ijs obliget ?

DECISIO CXXXII.

De Parocho personam alterius Diæcesis sine licentia proprii Parochi

Sacramento absolvente à peccatis.

Quæsio. An valida fuerit Absolutio Sacramentalis à Symperto data sine consensu Conradi ?

DECISIO CLXXXIII.

De Sacerdote , qui tempore Bacchanalium larvarus incessit , propter exercitam perulantiam egregiè dedolato à quodam Cive ?

Quæsio. An iste Civis Sacerdotem personatum & larvatum , ac perulanter uxorem ejus divexantem graviter percutiens , incurrit Excommunicationem Canonis ?

DECISIO CLXXXIV.

De Successione ex genuino Verborum Testamenti intellectu regulanda.

Quæsio. An Mechtildis sola , exclusis Liberis filiarum Ruperti testatoris , via verorum Testamenti succedere possit ac debeat ?

DECISIO CLXXXV.

De Veritate Regularum , quæ contra Ius sunt , debent utique pro infectis haberi. Et , peccatum non dimittitur , nisi restituatur ablatum.

Quæsio I. An hæc Emptio - Venditio fuerit valida ?

Quæsio II. An , non obstante valore Emptionis - Venditionis , obligetur Chrylolygonus supplere defectum iusti pretij , si bona empta retinere velit.

Er.